Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/299894

# THESES JURIDICAE INAUGURALES.

7

# THESES
# JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

JACOBI ADOLPHI CAROLI ROVERS,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. ET JUR. ROM. ET HOD. DOCT.
IN FAC. LITTERARIA PROF. ORD.

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

**Pro Gradu Doctoratus**

SUMMISQUE

IN JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

**WENNEMAR JANUS ENGELS,**

ex oppido Ootmarsum,

DIE XXVIII M. JUNII, MDCCCLXI, HORA II.

Trajecti ad Rhenum,
APUD J. DE KRUIJFF.
MDCCCLXI.

TYPIS MANDAVERUNT L. E. BOSCH ET FILIUS.

# THESES.

I.

In specificatione bona fides non requiritur.

II.

Non facio cum iis, qui pignus tamquam jus in personam considerant.

III.

Si mater tutrix est, etiam ejus bona lege oppignorata sunt.

IV.

Non facio cum Bachofen (Röm. Pfandr., pag. 505) contendente, priori creditori non competere jus offerendi posteriori creditori.

V.

Si nuptiae intra parietes celebrantur, non necesse est, ut aditus omnibus pateat.

VI.

Exclusa tum communione omnium bonorum, tum lucri et damni, non tamen ipso jure adest communio fructuum et redituum.

VII.

Mulieri communioni lucri et damni renuntiare licet.

VIII.

Si, nuptiis secundis initis, novo conjugi pactis antenuptialibus jam donatum est, quod ex lege donare licet, conjux ex testamento nihil amplius consequi potest.

IX.

Ex art. 1511 C. C. confici nequit, venditorem

rei immobilis, praeter dominium secundum art. 671 C. C., etiam possessionem tradere debere.

X.

Qui cum uno ex sociis nomine societatis egit, huic tantum, non cuivis socio, jusjurandum decisorium recte defert.

XI.

Proxeneta poena carceris civilis ad obtemperandum praecepto art. 67 C. M. cogi nequit.

XII.

Evictio, de qua agit art. 163 C. M., non est obligatio cambialis.

XIII.

Cambium proprium (Belgice, het orderbriefje) a debitore, qui non est mercator, editum non valet, nisi totum hujus ipsius manu conscriptum sit.

XIV.

In casu art. 258 C. M. probatio per testes non admittenda est, etiam si rei pretium trecentorum florenorum summam non excedat.

XV.

Exceptio art. 158 C. de Meth. proc. in causis civilibus potior est exceptione art. 93 ejusdem Codicis.

XVI.

Crimen ab ebrio voluntario commissum non aeque imputandum est, ac si sobrius deliquisset.

XVII.

Si quis suam ipsius domum incendit, non puniri potest secundum art. 434 C. P.

XVIII.

Propter injurias defunctis illatas actio institui nequit.

XIX.

Obedientia passiva, a milite superiori suo praestanda, in jure criminali indiscriminatim valere non potest.

XX.

Damnum, reo insonti illatum, etiam publice resarciendum est.

## XXI.

Confessio damnati non requiritur, ut ipsi grati fiat.

## XXII.

Facio cum clar. de Bosch Kemper (Bijdragen tot de kennis van het Staats-Provinciaal- en Gemeentebestuur in Nederland, Dl. V, bl. 353) contendente, pecuniam, ad sumtus civitatis necessariam, ab Ordinibus Generalibus Regiis Administris denegari non posse eo obtentu, quod illis fidem non habeant.

## XXIII.

Van fabriekwaren, die ook door de inlandsche nijverheid vervaardigd worden, mogen geen inkomende regten gevorderd worden.

## XXIV.

Het gezegde: „de weelde der rijken doet het volk leven" is onjuist.

## XXV.

Het is in het belang der Maatschappij, dat de arbeidsloonen hoog zijn.

19/2325